διὰ παντὸς, οὐδενὶ τῶν γεγραμμένων Ἀπολλωνίῳ χρησάμενος. ὅπου γὰρ δι' ὧν εἶπον ἐτύγχανον τοῦ σκοποῦ καὶ τῶν Ἀπολλωνίῳ γεγραμμένων οὐδὲν ἐπέβαλλεν ἐλπίδα μοι καλῶς εἰρῆσθαι, περιττὸν ἦν εἰς πεῖραν ἄγειν ταῦτα. μετὰ δὲ τὰς προγεγραμμένας τρεῖς διαθέσεις κεφαλαλγικὰς ὁ Ἀπολλώνιος ἔγραψε ταύτην τήνδε τετάρτην.

[*Πρὸς κεφαλαλγίαν διὰ πληγὴν ἢ πτῶμα Ἀπολλωνίου.*] Ῥοδίνῳ καὶ ὄξει κεχλιασμένοις τὴν κεφαλὴν κατάβρεχε. ἄλλο. ῥόδοις ξηροῖς μάλιστα μὲν ἑφθοῖς, εἰ δὲ καὶ βεβρεγμένοις ἐν γλυκεῖ ἢ μελικράτῳ, λείοις κατάπλασσε. ἄλλο. μελιλώτῳ παραπλησίως ἐσκευασμένῳ χρῶ. ἄλλο. μυρσίνης λευκῆς φύλλοις ἁπαλοῖς μετ' οἴνου καὶ σμύρνης τετριμμένοις κατάπλασσε. ἄλλο. ἰρίνῳ μύρῳ καὶ ὄξει κατάχριε. ἄλλο. ἀψινθίῳ λείῳ μετ' οἴνου καὶ σμύρνης τετριμμένης κατάπλασσε. ἄλλο. γλήχωνι λείᾳ μετ' οἴνου παραπλησίως χρῶ. ἄλλο. γλήχωνι καὶ σμύρνῃ τετριμμένοις ὁμοίως χρῶ. ἄλλο. σελίνου κόμαις ἑφθαῖς μετ' οἴνου λείαις κατάπλασσε. ἄλλο. μήλοις κυδωνίοις ἑφθοῖς δι' οἴνου κατάπλασσε. ἁρμόσει δὲ καὶ πυ-

nullo ab Apollonio praefcripto pharmaco ufus. Quum enim et per ea quae jam dixi fcopum contingerem eorum quae fcripfit Apollonius nullum recte dictum fuiffe mihi perfuafi et fupervacaneum amplius erat eorum experimentum facere. Caeterum poft praedictos tres affectus capitis dolorem inducentes, Apollonius quartam hanc infuper addidit.

[*Ad dolorem capitis ex plaga aut cafu Apollonii.*] Rofaceo et aceto tepefactis caput rigato. *Aliud.* Rofis ficcis maxime coctis aut certe in paffo maceratis aut aqua mulfa tritis pro cataplafmate utitor. *Aliud.* Meliloto fimiliter apparato utitor. *Aliud.* Myrti albae folia tenera cum vino et myrrha trita emplaftri more imponito. *Aliud.* Irino unguento et aceto illinito. *Aliud.* Abfinthium tritum cum vino et myrrha itidem trita imponito. *Aliud.* Pulegio trito ex vino fimiliter utitor. *Aliud.* Pulegium et myrrham trita fimiliter adhibeto. *Aliud.* Apii comas cum vino coctas ac tritas imponito. *Aliud.* Mala cotonea cocta ex vino

ρία διὰ σπόγγων εἰς ὕδωρ θερμὸν ἀποβεβρεγμένων καὶ πιλήματα μαλακῶν ἐρίων, ὄξει καὶ ῥοδίνῳ καταρεραμένα, πρὸς δὲ τούτοις ἡσυχία, σώματος ἀνάπαυσις, ὑποστολὴ τροφῆς, κένωσις, ἀποχὴ τῶν λυπούντων. (175) ταῦτα δέ ἐστιν ἥλιος, λουτρὸν, οἰνοποσία, κραυγὴ, διάτασις καὶ τῶν ἐν τροφῇ προσφερομένων τά τε ὀξέα καὶ δριμέα καὶ ἁλυκά. ταῦτα μὲν ὁ Ἀπολλώνιος ἔγραψε περὶ τῶν ἐπὶ πληγαῖς προφανέσι κεφαλαλγιῶν. εἰδέναι δὲ καὶ ἡμᾶς χρὴ τὴν τοιαύτην διάθεσιν οὐκ ἄλλην οὖσαν ἢ φλεγμονὴν, ἥτις οὐ μόνον ἐκ πληγῆς ἢ καταπτώσεως, ἀλλὰ καὶ χωρὶς φανερᾶς αἰτίας εἴωθε γίνεσθαι κατὰ πάντα τοῦ σώματος τὰ μόρια δι᾽ ἐπιῤῥοὴν χυμῶν. ἐὰν μὲν οὖν ἡ πληγὴ τραύματος ἢ θλάσματος αἰτία γένηται, σκοποὶ πλείονες ἔσονται τῆς τῶν ἰαμάτων εὑρέσεως, εἷς μὲν ὁ ἐπὶ τραύματι, ἐφ᾽ ᾧ δεῖ χρῆσθαι τοῖς κολλητικοῖς καὶ ἀφλεγμάντοις φαρμάκοις, προαγκτηριάσαντας τὰ χείλη τοῦ ἕλκους, δεύτερος δὲ ὁ ἐπὶ τῷ θλάσματι, καὶ τρίτος ὁ ἐπὶ τοῖς ἀλγήμασιν, ἐνίοτε μὲν ἐν αὐτοῖς μόνοις τοῖς πλη-

imponito. Convenient et fomenta per fpongias aqua calida imbutas et mollium lanarum fafciculi aceto et rofaceo confperfi. Ad haec et quies et corporis tranquillitas, fubtractio cibi, evacuatio, fuga eorum quae offendere poffunt, qualia funt fol, balneum, vini potus, clamor, contentio, et ex iis quae alimenti loco exhibentur acida et acria ac falfa. Haec quidem Apollonius fcripfit de capitis doloribus ex confpicua plaga abortis. Verum operae pretium eft noffe nos ejusmodi affectum nullum alium praeter inflammationem effe, quae non ex plaga folum aut cafu, fed citra etiam manifeftam caufam, in omnibus corporis partibus propter humorum confluxum fieri confuevit. Siquidem igitur plaga vulneris aut contufionis caufa exiftat, plures fcopi erunt ad remediorum inventionem. Unus quidem in vulnere ad quod conglutinantibus et inflammationem arcentibus medicamentis uti oportet, poftquam ulceris labia fibulis impofitis conftrinxerimus. Alter vero in contufione, et tertius in doloribus, qui quandoque in ipfis folis percuffis parti-

γείτοσι μορίοις γινομένοις, ὡς τὸ πολὺ δὲ καὶ τοῖς συνεχέσιν ἐπεκτεινομένοις. ὅ τε γὰρ περικράνιος ὑμὴν καὶ τὸ τούτῳ περιτεταμένον ἔξωθεν δέρμα συνεχῆ τὴν οἰκείαν οὐσίαν ἑκάτερον ἔχον, ἐπὶ πᾶσαν ἐκτέταται τὴν κεφαλὴν καὶ κατὰ τοῦτο συμβαίνει πολλάκις αὐτὴν ὀδυνᾶσθαι, μάλιστα εἰ μέχρι τοῦ περιοστίου συγκαταβαίνοι ἡ πληγὴ, ἣν χρὴ ἐπιδιελόντας τὸν περικράνιον ὑμένα καὶ ξύσαντας θεραπεύειν κατὰ συσσάρκωσιν. [366] εἰ δὲ καὶ διὰ τῆς κατὰ τὰς ῥαφὰς κοινωνίας τοῦ περικρανίου πρὸς τὴν σκληρὰν μήνιγγα διαδοθείη τι καὶ εἴσω τοῦ κρανίου τῆς φλεγμονῆς, οὐκ ἀκίνδυνος ἡ τοιαύτη κεφαλαλγία ἐστί. συμβαίνει δὲ οὐκ ὀλιγάκις ἐν ταῖς ἐξ ὑψηλοῦ καταπτώσεσιν ἀποῤῥήγνυσθαί τι τῶν κατὰ τὸν ἐγκέφαλον ἢ τὰς μήνιγγας μορίων, οὗ συμβάντος ἔτι μᾶλλον ἡ κεφαλαλγία σφοδροτέρα γίνεται καὶ ἡ διάθεσις ὅλη δυσιατοτέρα καὶ ὁ κίνδυνος ὀξύτερός τε καὶ σφοδρότερος. ἄριστον οὖν ἐπὶ τούτων, εἰ μή τι τὰ τῆς ἡλικίας κωλύει, μήτε ἡ ζωτικὴ δύναμις ἄῤῥωστος φαίνοιτο, τὴν ἀρχὴν τῆς ἰάσεως

bus fiunt, plerumque vero etiam ad vicinas partes extenduntur. Etenim membrana, quae calvariam ambit et cutis quae forinfecus circumtenditur, utraque propriam fubftantiam continuam habet per omne caput extenfam, et ob id fane faepe ipfum univerfum dolore contingit, praefertim fi usque ad membranam os calvae ambientem plaga penetret, quam deducta membrana calvariam ambiente offeque confcalpto obrafove carne generanda curare oportet. Quod fi per communionem membranae calvam ambientis, quam ad duram cerebri membranam circa futuras habet, etiam intra calvariam inflammatio ipfa diftribuatur, non absque periculo ejusmodi capitis dolor exiftit. Contingit autem non parum faepe in cafu, praefertim ex fublimi facto, ut quaedam circa cerebrum aut membranas ejus partes abrumpantur, quod ubi contigit, etiam amplius capitis dolor invalefcit ipfaque affectio tota aegre curabilis redditur et periculum ingens ac praeceps imminet. Optimum itaque fuerit in his, nifi aetas prohibeat, et nifi vitalis facultas debilis

ἀπὸ φλεβοτομίας ποιεῖσθαι καὶ ταῖς καταλλήλαις ἐμβροχαῖς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς χρῆσθαι, ἐλαίῳ γλυκεῖ διαβρέχοντας ἔρια καὶ περισκέποντας αὐτήν. κωλυόμενοι δὲ διά τι τούτων, ἢ ἡλικίαν ἢ ἀδυναμίαν ἢ καὶ δι' ἄμφω τὴν τοῦ αἵματος ἀφαίρεσιν ποιήσασθαι, διὰ κλυστῆρος ἐκκενώσομεν τὴν γαστέρα, καὶ αὐτοῦ μὲν ἕνεκα τοῦ κενωθῆναι τὰ κατὰ ταύτην, ἔτι δὲ μᾶλλον ἀντισπάσεως χάριν τῶν εἰωθότων ἐπὶ τὰ πεπονθότα μέρη φέρεσθαι χυμῶν. ἔπειτα τοῖς πρὸς τὰς φλεγμονὰς χρησόμεθα βοηθήμασιν. εἰ δὲ μῆνιγξ εἴη τετρωμένη, καλῶς ταύτην κολλᾷ, ὥς φησιν Ἀρχιγένης, καλαμίνθης χύλισμα ἐγχεόμενον καὶ ἄλευρον κέγχρινον ξηρὸν ἐπιπασσόμενον, εἶτα βούτυρον καὶ ῥόδινον καὶ στέαρ ὕειον ἄναλον παλαιὸν μιγνύμενα καὶ κεχλιασμένα ἐπιχεόμενα. ἀπέχεσθαι δὲ χρὴ τοὺς τοιούτους οἴνου καὶ σιτίων ἁδροτέρων, καὶ μάλιστα εἰ πυρέττοιεν. τὴν μέντοι εἰρημένην κένωσιν συμβουλεύει μὲν καὶ Ἀπολλώνιος, ὁποίαν δέ τινα χρὴ γίνεσθαι ταύτην, οὐκ ἐδήλωσεν. ὄξος γε μὴν μιγνύναι τῷ ῥοδίνῳ κελεύει, καθάπερ ἐπὶ τῶν φρενιτικῶν καὶ ληθαργικῶν, ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῶν

appareat, a venae fectione curationis initium facere, et convenientibus capitis irrigationibus uti, ex lana nimirum oleo dulci imbuta capiteque ex ea contecto. Quod fi quippiam horum five aetas five virium imbecillitas aut etiam ambo fimul fanguinis detractionem fieri praepediant, alvum per clyfterem evacuabimus, tum ut fuperflua in ipfo recrementa extrahamus tum ut humores, qui ad affectas partes inde ferri confueverunt, revellamus, atque inde auxiliis ad inflammationes commodis utemur. Si vero membrana cerebri fuerit vulnerata, egregie ipfam conglutinat, inquit Archigenes, calaminthae fuccus infufus et farina milii arida infperfa. Deinde butyrum et rofaceum ac adeps fuillus infulfus vetus tepefacta ac mixtim infufa. Caeterum hoc modo affectos a vino et cibis craffioribus abftinere oportet, maxime fi febri fint correpti. Atqui praedictam evacuationem confulit etiam Apollonius, qualem autem fieri oporteat non oftendit. At vero acetum rofaceo admifceri jubet, quemadmodum in phreneticis et lethargicis in principio

παθῶν εἰώθασιν οἱ πλεῖστοι τῶν ἰατρῶν χρῆσθαι. παρέλιπε δὲ οὐκ ὀρθῶς καὶ τὸ μέτρον ἑκατέρου δηλῶσαι, τῇ τῶν ἐμπειρικῶν ὁμοίᾳ μεταβάσει χρησάμενος, οὐ τῇ τῶν δογματικῶν ἐνδείξει. ἡ μὲν γὰρ διάθεσις ἡμῖν ὑπαγορεύει τὰ βοηθήματα, τὸ δὲ ποσὸν ἑκάστου καὶ τὴν κατὰ μέρος ἐν ταῖς ὕλαις διαφορὰν συνενδείκνυται τὸ πεπονθὸς μόριον ἥ τε κρᾶσις τοῦ κάμνοντος ἀνθρώπου, καὶ πρὸς τούτοις ἡ ζωτικὴ δύναμις, εἶθ' ἡ ἡλικία καὶ ἡ τοῦ περιέχοντος ἀέρος κρᾶσις, ἄλλοτε ἄλλη γινομένη παρά τε τὰς χώρας καὶ τὰς ὥρας τοῦ ἔτους, τήν τε κρατοῦσαν τοῦ ἔτους κατάστασιν. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν φρενιτικῶν, ἀπαθῶν ὑπαρχόντων ἁπάντων τῶν ἐκτὸς τοῦ κρανίου, κατά τε τὸ δέρμα καὶ τὸν περικράνιον ὑμένα, προσηκόντως ἔμιξαν ὄξος οἱ πρώτως μίξαντες, ἐκείνῳ τῷ λογισμῷ πεισθέντες, ὃν ἐν τοῖς περὶ συνθέσεως φαρμάκων ὑπομνήμασιν ἐπιπλέον διῆλθον, ἡνίκα ταῖς ἐν τῷ βάθει τοῦ σώματος γινομέναις διαθέσεσιν ἔφασκον χρῆναι προσφέρεσθαι φάρμακα τῶν ἐπιπολῆς γινομένων διαθέσεων διαφέροντα. ἐκλύεται γὰρ ἁπάντων αὐτῶν ἡ δύναμις ἐν τῇ

plurimi medici facere confueverunt, verum non recte menfuram utriusque dicere reliquit, empiricorum fimul transitione ufus, non indicatione dogmaticorum. Affectus enim ipfe nobis indicat auxilia, quantitatem autem fingulorum et particularem materiarum differentiam fimul tum affecta particula tum aegri temperamentum indicat, et ad haec vitalis facultas, deinde aetas et ambientes nos aëris temperies, juxta regiones annique tempora et praedominantem anni conftitutionem alia atque alia. In phreniticis quidem igitur quum omnia, quae extra calvariam circaque cutem et pelliculam calvariam ambientem ab affectu immunia fint, veteres convenienter acetum admifcuerunt, ea ratione perfuafi, quam in commentariis de medicamentorum compofitione per longum recenfui, quando videlicet ad affectus in profundo corporis obortos medicamenta diverfa ab iis, quae ad affectus in fuperficie haerentes deftinata funt, adhiberi oportere dixi. Exolvitur enim omnium ipforum

πρὸς τὸ βάθος ὁδῷ καὶ διὰ τοῦτο ἐνίοτε τοῖς οἰκείοις τοῦ πάθους βοηθήμασιν μίγνυμεν ἐναντίας τε καὶ βλαβερᾶς δυνάμεως φάρμακα. φλεγμονῆς γὰρ ὀδυνώσης ἐναντιώτατόν ἐστι τοῖς ὠφελοῦσιν ὄξος μιγνύειν, ὡς ἂν μήτε παρηγορικὸν ἔχοντι μήτε χαλαστικόν. ἀλλ᾽ ὅταν διὰ τοῦ βρέγματος ἢ δι᾽ ἄλλου τινὸς μέρους τῆς κεφαλῆς εἴσω διϊκνεῖσθαι τὴν τοῦ φαρμάκου δύναμιν ἐθελήσωμεν, ἐπιμιγνύναι τι τῶν διὰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν βοηθούντων τε καὶ ποδηγησόντων ἐς τὸ βάθος τοῦτο παραγινόμεθα, λεπτομερῆ τινα οὐσίαν εὑρίσκοντες, ἐνίοτε μὲν ψυχρὰν ὡς ὄξος, ἔστι δ᾽ ὅτε μὲν θερμὴν ὡς εὐφόρβιον, ἐπισκοπούμενοι τὴν θεραπευομένην διάθεσιν, [367] εἴτε τῶν θερμαινόντων δεῖται εἴτε τῶν ψυχόντων. κατὰ τοῦτον οὖν τὸν λογισμὸν, ἐὰν μὲν αὐτῇ παχείᾳ μήνιγγι γυμνῇ προσφέρηται τὸ ῥόδινον, ὡς ἐπὶ τῶν ἐκκοπτομένων τι τοῦ τῆς κεφαλῆς ὀστοῦ γίνεται, μόνον αὐτὸ προσφέρομεν ἀτρέμα χλιαίνοντες. ὅταν δὲ χωρὶς τοῦ γεγυμνῶσθαι διὰ τοῦ κατὰ

vis in tranſitione per profundum et ob id ad propria affectus auxilia aliquando contrariae et nocentis facultatis medicamenta admiſcemus. Quum namque inflammatio dolorem inducat, maxime contrarium eſt acetum reliquis auxiliis admiſcere, utpote quod neque mitigandi neque laxandi vim aliquam in ſe complectatur. Sed quum per ſinciput, neque enim per aliam quampiam capitis partem tranſitus patet, medicamenti facultatem intra penetrare velimus, tunc ſane ad admixtionem alicujus eorum, quae propria natura auxiliantur ac in profundum ducunt, devenimus, tenuium partium ſubſtantiam quandam invenientes, quandoque quidem frigidam velut acetum, quandoque vero calidam velut euphorbium affectu, qui curatione ſubjacet perſpecto num calefacientibus opus habeat an refrigerantibus. Juxta hanc igitur ratiocinationem, ſi quidem craſſae cerebri membranae nudae roſaceum offeratur, quemadmodum in illis, quibus capitis oſſiculum aliquod exciſum eſt, fieri conſuevit, ſolum ipſum leniter tepefactum adhibemus. Quum vero citra denudationem per capitis juxta ſinciput

τὸ βρέγμα τῆς κεφαλῆς μέρους, ὑγιοῦς ὑπάρχοντος τοῦ κρανίου, βουλώμεθα τὸ ῥόδινον ὁδοιπορῆσαι πρὸς τὴν μήνιγγα, μίγνυμεν ὄξος αὐτῷ τὸ ποδηγῆσον, οὗ πάλιν αὐτοῦ τὸ σφοδρὸν τῆς δυνάμεως ἐκλύεται, κατά τε τὴν ὁδοιπορίαν καὶ τὴν τοῦ ῥοδίνου μῖξιν. ἀδιορίστως οὖν ὁ Ἀπολλώνιος ὄξος μιγνύναι τῷ ῥοδίνῳ κελεύσας ἥμαρτε· αἱ γὰρ τοῦ δέρματος τῆς κεφαλῆς ἢ τοῦ μετ᾽ αὐτὸ περικρανίου φλεγμοναὶ χωρὶς μὲν ὀδύνης ἰσχυρᾶς γινόμεναι δύναιντο ἂν ὠφελεῖσθαι μιχθέντος ὄξους ὀλίγου τῷ ῥοδίνῳ, βλαβήσονται δὲ, ὅταν αὗται μεγάλαι τύχωσιν οὖσαι, τό τε ἄλγημα σφοδρὸν ἐπιφέρωσιν. ἥμαρτε δὲ Ἀπολλώνιος κἀν τῷ μὴ προσθεῖναι τὸν καιρὸν τῆς χρήσεως, ἑκάστῳ τῶν ὑφ᾽ ἑαυτοῦ γεγραμμένων βοηθημάτων. ἔνια μὲν γὰρ ἀρχομένων τε καὶ γεννωμένων ἔτι τῶν φλεγμονῶν ἐστι βοηθήματα, τινὰ δὲ καὶ ἀκμαζουσῶν ἢ παρακμαζουσῶν ἢ σκιῤῥουμένων. ῥόδινον μὲν οὖν σὺν ὄξει τῶν ἀρχομένων, ἀκμαζουσῶν δὲ μόνον τὸ ῥόδινον, ὥσπερ γε τῶν σκιῤῥουμένων, ἐν οἷς ἀψίνθιόν τε καὶ γλή-

partem, ſana et integra exiſtente calvaria, roſaceum ad cerebri membranam pervenire velimus, acetum ei, ut eo perducat, admiſcemus, cujus item rurſus vehemens facultas tum per viarum tranſitionem tum per roſacei mixturam exolvitur. Quapropter Apollonius in eo quod acetum roſaceo indefinite admiſcere juſſit peccavit. Cutis enim capitis aut quae poſt eam eſt membranae calvariam ambientis inflammationes, citra quidem vehementem dolorem obortae per exigui ſane aceti ad roſaceum admixtionem juvari poſſunt, laedentur autem ubi magnae fuerint, doloremque vehementem induxerint. Deliquit amplius Apollonius, quod neque tempus uſus ſingulorum ab eo deſcriptorum auxiliorum appoſuit. Quaedam enim incipientibus et naſcentibus adhuc inflammationibus auxiliantur, quaedam etiam in vigore conſiſtentibus aut decreſcentibus aut etiam induratis opem ferunt. Roſaceum itaque cum aceto incipientibus, in vigore vero conſiſtentibus roſaceum ſolum adhibemus, quemadmodum etiam in induratis abſinthium ac pulegium ei admi-

χωνα μίγνυμεν, ὡς αἵ γε χωρὶς τοῦ σκιῤῥοῦσθαι παρακμάζουσαι τῶν καλουμένων χαλαστικῶν δέονται φαρμάκων. εἴρηται δὲ αὐτῶν ἥ τε ὕλη καὶ ἡ σύνθεσις ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ὑπομνήμασιν, πρὶν ἐπὶ ταύτην ἀφικέσθαι, δι᾽ ἣν οἱ πεπονθότες τόποι πολὺ τοῖς πάθεσιν συνενδείκνυνται τῆς τῶν βοηθημάτων εὑρέσεως. τέτταρας οὖν διαθέσεις γράψαντος τοῦ Ἀπολλωνίου ποιητικὰς ἀλγημάτων κεφαλῆς, ἐπὶ προδήλοις αἰτίοις γινομένας, εἶθ᾽ ἑξῆς μεταβάντος ἐπὶ τὰς ὑπὸ τῶν ἀδήλων ἀποτελουμένας, μέμψαιτ᾽ ἄν τις εὐλόγως αὐτῷ μὴ ὅτι δογματικῆς ἀποστάντι διδασκαλίας, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐμπειρικῇ χρησαμένῳ. διορίζονται γὰρ κἀκεῖνοι τὰ πάθη ταῖς καλουμέναις ὑπ᾽ αὐτῶν συνδρομαῖς, αἵτινες ἀθροίσματα συμπτωμάτων εἰσὶν φαινο(176)μένων ἐναργῶς ἅπασιν, ἐν αἷς συνδρομαῖς καὶ τὰ προκαταρκτικὰ τῶν αἰτίων αὐτοὶ περιλαμβάνουσιν, ὡς μόρια τῆς ὅλης συνδρομῆς. ἀλλ᾽ οὐδὲν τοιοῦτον ἄθροισμα συμπτωμάτων τε καὶ σημείων ὁ Ἀπολ-

fcemus, ac vero quae citra indurationem decrefcunt inflammationes, medicamentis laxantibus appellatis folum opus habent. Relata eft autem tum materia tum compofitio ipforum in prioribus hujus tractationis commentariis, quos edidi antequam opus aggrederer, in quo affecti loci multam indicationem faciunt fimul cum ipfis affectibus ad inventionem remediorum. Quum igitur affectus ab Apollonio defcripti quatuor fint, qui capitis dolorem faciunt, ob manifeftas caufas oborti, deinde vero ex ordine tranfierit ad eos, qui ex obfcuris caufis producuntur, merito fane quis ipfum reprehenderit, non folum quod a dogmatica defciverit doctrina, fed quod neque empirica fit ufus. Diftinguunt enim etiam hi affectus per fymptomatum concurfus ab ipfis appellatos, qui fane fymptomatum quidam congeftus funt, quae omnibus evidenter apparent, in quibus concurfibus etiam externas caufas ipfi comprehendunt, tanquam partes totius concurfus exiftant. Verum nullum talem congeftum fymptomatum vel fignorum Apol-

λώνιος ἔγραψεν, ὡς μαθησόμεθα προσέχοντες οὐχ ἥκιστα καὶ τῇδε τῇ ῥήσει τοῦ ἀνδρός.

[Ἡ συνεχὴς ῥῆσις Ἀπολλωνίου τῇ προγεγραμμένῃ, πρὸς τὰς τῶν κροτάφων ἀλγηδόνας καὶ τὰς ὅλης τῆς κεφαλῆς τὰς χωρὶς φανερᾶς αἰτίας γεγενημένας.] Μενδησίῳ μύρῳ τὴν κεφαλὴν κατάχριε. ἄλλο. στέαρ χήνειον διεὶς Μενδησίῳ μύρῳ κατάχριε. ἄλλο. σμύρναν τρίψας οἴνῳ ὡς βελτίστῳ, πάχος ποιῶν χυλοῦ πτισάνης κατάχριε. ἄλλο. σμύρναν τρίψας μύρῳ πολυτελεστάτῳ παραπλησίως χρῶ. ἐπὶ δὲ τῶν παιδίων τῶν τὰ βρέγματα πονούντων σμύρνῃ μετ' ἐλαίου τετριμμένῃ χρῶ. ἄλλο. ἄγνου σπέρμα τρίψας, καὶ ἐν ὕδατι διεὶς κατάπλασσε ἢ εἰς ὀθόνιον ἀναλείψας ἐπιτίθει. ἄλλο. αἰρῶν ἄλευρον, μετὰ στέατος χηνείου συνεκλειώσας κατάπλασσε, προτήξας τὸ στέαρ. ἄλλο. ἀνδράχνην καθ' ἑαυτὴν καὶ μετὰ λινοσπέρματος τρίψας ἐπιτίθει. ἄλλο. ἐλαίας φύλλα τὰ ἁπαλώτατα τρίψας παράχει ἐλαίου καὶ οἴνου μέλανος καὶ κατάπλασσε. ἄλλο. τέφραν ἣν ἔχεις ὄξει διεὶς ἢ ὕδατι,

lonius fcripfit, quemadmodum difcemus ubi et ad fequentem viri doctrinam non minus quam ad priorem animum adhibebimus.

[*Continua ex praecedenti Apollonii doctrina ad temporum ac totius capitis dolores citra manifeftas caufas obortos.*] Unguento Mendefio caput illine. *Aliud.* Adipem anferinum Mendefio unguento dilutum illine. *Aliud.* Myrrham vino quam optimo tritam et ad fucci ptifanae craffitudinem redactam illine. *Aliud.* Myrrham unguento pretiofiffimo tritam fimiliter adhibe. In pueris autem finciput dolentibus, myrrha cum oleo trita utitor. *Aliud.* Viticis femen tritum et aqua dilutum imponito, aut linteolo illitum fimiliter imponito. *Aliud.* Lolii farinam cum adipe anferino contritam pro cataplafmate imponito, adipe prius liquefacto. *Aliud.* Portulacam per fe et cum lini femine tritam imponito. *Aliud.* Oleae folia tenerrima oleo ac vino nigro affufo terito ac imponito. *Aliud.* Cinerem quemcunque haces aceto aut aqua diluito, eoque caput rigato,

καταβρεχε τὴν κεφαλήν. ἄλλο. στρύχνον καὶ γῆν κεραμικὴν τρίψας λείαν κατάπλασσε. ἄλλο. ἁλικακάβου καρπὸν τρίψας μετὰ στέατος χηνείου ἢ μύρου βαλανίνου χρῶ. ἄλλο. φύλλα σχίνου τρίψας ἐν ὕδατι κατάπλασσε. ἄλλο. βλίτον τρίψας σὺν ἐλαίῳ διεὶς χρῶ. ἄλλο. κίκεως καρπὸν τρίψας ἐν ὕδατι κατάπλασσε. ἄλλο. κορίου σπέρμα καὶ ἀνήθου λεάνας καὶ μέλιτι μίξας κατάπλασσε. ἄλλο. μελάνθιον τρίψας καὶ ἐλαίῳ διεὶς κατάπλασσε. ἄλλο. κύμινον καὶ στέαρ χήνειον λεάνας ἐπιτίθει. ἄλλο. μηκωνείου ὅσον κύαμον Αἰγύπτιον καὶ ἁλὸς μέρη δύο καὶ γλήχωνος μέρος α΄. τρίψας μετ᾽ ὄξους καὶ μύρου ὡς βελτίστου κατάχριε. ἐπιτήδειον δ᾽ ἂν καὶ τροφῆς ἀφαιρεῖν καὶ τὴν κοιλίαν κενοῦν καὶ τὴν κεφαλὴν σκεπάζειν, ἔτι δ᾽ ἡσυχίαν ἄγειν καὶ πᾶσαν κίνησιν φυλάττεσθαι. ὅτι μὲν οὖν ἀδιορίστως, ὡς ἔφην, γράψας ὁ Ἀπολλώνιος ἐπὶ τῶν χωρὶς αἰτίας φανερᾶς γενομένων κεφαλαλγιῶν ἔγραψε τὰ βοηθήματα διττῶς ἥμαρτε, μήτε ὡς δογματικὸς ἀνὴρ τὰς διαθέσεις εἰπὼν μήτε ὡς ἐμπειρικὸς τὰς συνδρομὰς, ἐξ αὐτῆς αὐτοῦ τῆς ῥήσεως ἐμάθομεν. ὅτι δὲ καὶ τῶν φαρ-

Aliud. Solanum et terram figulinam trita ac laevigata imponito. *Aliud.* Halicacabi fructum cum adipe anserino aut unguento balanino tritum adhibeto. *Aliud.* Lentifci folia trita ex aqua imponito. *Aliud.* Blitum tritum ac oleo dilutum adhibeto. *Aliud.* Ricini femen aqua tritum imponito. *Aliud.* Coriandri femen et anethi trita ac melle mixta imponito. *Aliud.* Melanthium tritum ac oleo dilutum imponito. *Aliud.* Cuminum et adipem anferinum trita imponito. *Aliud.* Succum papaveris fabae Aegyptiacae quantitate et falis partes duas et pulegii partem unam cum aceto et unguento optimo trita illinito. Convenit item cibum fubtrahere et alvum evacuare, caputque contegere, amplius vero et quietem agere, omnemque motum vitare. Quod igitur Apollonius, quemadmodum dixi, indefinite tradendo haec remedia ad capitis dolores absque manifefta caufa factos dupliciter peccarit, neque ut dogmaticus vir affectus explicans, neque ut empiricus eorum concurfus, id ipfum ex illius ipfius dictione didicimus. Quod vero et

μάκων αἱ δυνάμεις ἀλλήλων διαφέρουσιν οὐκ ὀλίγον ἔστι μαθεῖν ἀναγνόντας τὰς ὅλας δυνάμεις αὐτῶν. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένων ἁπλῆς ἐστι δυνάμεως χαλαστικῆς. τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ Μενδησίου μύρου δύναμις. ἔχεται δὲ τῆς δυνάμεως ἐπιτεταμένης τὸ δεύτερον, ἐν ᾧ μίγνυται τῷ Μενδησίῳ μύρῳ τὸ τοῦ χηνὸς στέαρ. τὸ δὲ τρίτον διὰ μὲν τὴν σμύρνην ξηραντικόν ἐστι μετὰ τοῦ θερμαίνειν, διὰ δὲ τὸν οἶνον στυπτικόν ἐστιν, ἐφ' ὧν ὑγρότητα πλεονάζουσαν ἀποκρούεσθαί τε ἅμα καὶ διαφορεῖν ἡμῖν πρόκειται χρήσιμον ὑπάρχον. ἴσμεν δὲ δή που τὴν ὀσμὴν τῆς σμύρνης τοὺς πλείστους τῶν ὑγιαινόντων κεφαλαλγεῖς ἐργαζομένην, ὥστε τοὺς αὐτοὺς τούτους ὀδυνωμένους τὴν κεφαλὴν οὐ σμικρὰ βλάψει. τῆς δ' αὐτῆς δυνάμεως τούτῳ τῷ βοηθήματι καὶ τὸ τρίτον ἐστὶ καὶ τὸ τέταρτον. τὸ δὲ πέμπτον οὐκ ἐγγὺς ἥκει τῇ τούτων δυνάμει κατάπλασμα, συντιθέντος αὐτοῦ δι' ὕδατός τε καὶ ἄγνου σπέρματος, οὐ μόνον ἀπολειπόμενον πολὺ τῶν διὰ τῆς σμύρνης συντιθεμένων κατ' ἀμφοτέρας τὰς δυνάμεις, τήν τε τοῦ θερμαίνειν καὶ τὴν τοῦ

medicamentorum facultates inter fe non parum differant, ex tota virium ipforum perpenfione difcere licet. Etenim primum ab eo defcriptum fimplicis eft facultatis laxantis, talis enim eft Mendefii unguenti facultas. Secundum vero eandem vim intenfe poffidet, in quo ad Mendefium unguentum anferinus adeps admifcetur. Tertium autem propter myrrham quidem reficcatorium eft, unaque calefacit, propter vinum vero aftringit, utile iis exiftens, in quibus redundantem humiditatem fimul repellere ac difcutere propofuimus. Scimus porro myrrhae odorem plurimis etiam fanis dolorem capitis inducere, quare fane eos ipfos qui jam caput dolent non parum offendet. Ejusdem autem facultatis eft et quod fequitur quartum. Quintum vero non prope ad horum vim accedit, ubi fcilicet cataplafma ex aqua et viticis femine componit, quod non folum ab utraque facultate, tum calefaciendi tum reficcandi, quibus ea praeftant quae ex myrrha compofita funt, multum deficit, fed et con-

Ed. Chart. XIII. [368.] Ed. Baſ. II. (176.)

ξηραίνειν, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ἐργάζεσθαι δυνάμενον ἐπὶ τῶν διὰ ψύξιν ἀλγούντων τὴν κεφαλήν. τὸ δ᾽ ἐπὶ τῷδε γεγραμμένον, ὃ διὰ τοῦ τῶν αἰρῶν ἀλεύρου καὶ ἐπὶ τοῦ χηνείου στέατος συντίθησιν, ἐφ᾽ ὧν ξηρᾶναι βουλόμεθα χρήσιμόν ἐστιν, οὐκ ἐπὶ μόνης κεφαλῆς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων μορίων εὐλόγως παραληφθησόμενον. εἴη δ᾽ ἂν τοῦτο διὰ τὸ τοῦ χηνὸς στέαρ ἀλύπως ξηραῖνον. ἔστι γὰρ περιττῶς ἀνώδυνόν τε καὶ παρηγορικὸν τὸ φάρμακον τοῦτο. ἀλλὰ τό γ᾽ ἐφεξῆς αὐτῷ, περὶ οὗ κατὰ λέξιν οὕτως ἔγραψεν· ἀνδράχνην καθ᾽ ἑαυτὴν καὶ μετὰ λινοσπέρματος τρίψας ἐπιτίθει. ψυκτικόν ἐστι φάρμακον, οὐκ ἀγεννῶς ἁρμόζον διαθέσεσι θερμαῖς. τὸ δὲ μετὰ τοῦτο γεγραμμένον ὡδί πως· ἐλαίας φύλλα τὰ ἁπαλώτατα τρίψας παράχει ἐλαίου καὶ οἴνου μέλανος καὶ κατάπλασσε, παρηγορικὸν μὲν ὀδύνης οὐκ ἔστι, κενωτικὸν δὲ ὑγρότητος χυμῶν ὑπάρχει. ἰσχυρὸν δὲ τῇ δυνάμει τὸ ἐφεξῆς αὐτῷ γεγραμμένον ἐστὶν, ἐν ᾧ κελεύει τέφραν ὄξει διέντας ἢ ὕδατι καταβρέχειν τὴν κεφαλήν. ἐὰν μὲν δι᾽ ὄξους σκευασθῇ, χρονίας διαθέσεις σκιῤῥουμένας ἰᾶσθαι δυνά-

trarium facere poteſt in iis qui caput ob frigiditatem dolent. Quod vero deinde ſequitur ex lolii farina et anſerino adipe compoſitum, in quibus reſiccare intendimus, utile eſt neque in capite ſolum, ſed et in aliis partibus rationabiliter adhibetur, id ipſum vero ob anſerinum adipem citra moleſtiam reſiccantem contingit, abunde enim medicamentum hoc et mitigat et ſedat dolorem. Verum quod deinceps ſequitur, de quo haec verba ſcripſit: Portulacam per ſe et cum lini ſemine tritam imponito, refrigeratorium eſt medicamentum, praeclare faciens ad aſſectiones calidas. Quod vero poſt hoc ſcriptum eſt hoc modo, oleae folia tenerrima oleo ac vino nigro aſſuſo terito et imponito, dolorem quidem non mitigat, verum humiditates ſuccorum evacuat. At vero quod deinceps ſcriptum eſt, forti facultate praeſtat, in quo videlicet jubet cinerem aceto aut aqua dilui eoque caput rigari. Siquidem enim ex aceto praeparetur, inveteratos aſſectus et in ſcirrhum induratos ſanare poteſt,

μενον, οὐ μὴν ὀδύνης γε παρηγορικὸν ὑπάρχον. εἰ δὲ δι' ὕδατος ἡ τέφρα διηθῇ, τῇ μὲν ἰσχύϊ πάμπολυ τοῦ δι' ὄξους ἀπολειφθήσεται, πραϋντικὸν δ' ὀδύνης οὐδ' οὕτως ἔσται, καθάπερ οὐδὲ τὸ μετ' αὐτὸ γεγραμμένον, ὃ διὰ τῆς κεραμικῆς γῆς καὶ στρύχνου συντίθησι. [369] περίεργον δὲ ἐπιδείκνυται τὴν σκευασίαν ὁ Ἀπολλώνιος ἐν τῷ διὰ ἁλικακάβου καρποῦ συντιθεμένῳ μηδὲν ἔχοντι μήτε τῶν προειρημένων μήτε τῶν ἐφεξῆς μελλόντων λεχθήσεσθαι πλέον, ὥσπερ γε καὶ τῶν ἐφεξῆς ἕκαστον, ἄλλης δ' ἄλλο δυνάμεως ὑπάρχον, οὐκ ὀρθῶς δὲ ἐποίησεν ἀδιορίστως γράψας. τί γὰρ ὅμοιον ἔχει τὸ διὰ βλίτου σὺν ἐλαίῳ λελειωμένου κατάπλασμα τῷ διὰ κίκεως σπέρματος ἢ κορίου ἢ μελανθίου συγκειμένῳ; θερμαίνει μὲν γὰρ ταῦτα καὶ ξηραίνει, τὸ δὲ βλίτον ἀσθενῶς ὑγραίνει τε καὶ ψύχει. τὸ δ' ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ λόγου γεγραμμένον τὴν ἀρχὴν οὐδ' ἐφ' ἑνὸς χρήσασθαί ποτε πείρας ἕνεκα συμβουλεύσω, μήτοι γε πολλάκις· ὀλιγάκις μὲν ἀναγκαζόμεθα χρήσασθαι τοῖς δι' ὀπίου φαρμάκοις,

non tamen doloris mitigativum exiſtit. Si vero cum aqua cinis diluatur ac percoletur, fortitudine quidem plurimum ab eo deficiet, quod ex aceto conſtat, neque tamen ſic doloris mitigativum erit. Quemadmodum neque id quod poſtea deſcriptum eſt, ex terra figulina et ſolano compoſitum. Superfluam autem compoſitionem Apollonius in eo, quod ex halicacabi fructu conſtat, oſtentat, utpote quod neque praedictis neque poſtea dicendis quicquam amplius habeat. Quemadmodum ſane ea quae deinceps ſequuntur ſingula alia facultate praedita ſunt. Non rite autem facit haec omnia indefinite trahendo. Quid enim ſimile habeat cataplaſma ex blito cum oleo trito, ad illud quod ex ricini ſemine aut coriandri aut cumini aut melanthii componitur? Calefaciunt enim haec et reſiccant, blitum vero debiliter humectat et frigefacit. Porro quod in fine ſermonis ipſius ſcriptum eſt, primum neque ab ullo in uſum aſſumi experiundi gratia conſuluerim, nedum ſaepe. Raro enim cogimur medicamentis ex opio uti, quum videlicet prae do-

Ed. Chart. XIII. [369.] Ed. Baf. II. (176. 177.)

ὅταν ὑπὸ σφοδρότητος ὀδύνης ὁ ἄνθρωπος ἀποθανεῖν κινδυνεύῃ. βλάβη δέ τις καὶ τότε τοῖς στερεοῖς μορίοις γίνεται, δεομένη τῆς μετὰ ταῦτα γενησομένης ἐπανορθώσεως. οὕτω καὶ τὰ δι᾽ ὀπίου κολλύρια πολλοὺς ἔβλαψεν, ὡς ἀσθενῆ τε τὸν ὀφθαλμὸν ἀποδεῖξαι καὶ τὴν καλουμένην ἀμβλυωπίαν ἐργάσασθαι, καθάπερ γε καὶ βαρυηκοΐαν, ὅσα πρὸς ὠταλγίαν σφοδρὰν συντίθεται δι᾽ ὀποῦ μήκωνος. ἀλλὰ διὰ κεφαλαλγίαν σφοδρὰν οὔτε τις συγκοπεὶς ἀπέθανεν οὔθ᾽ ἑαυτὸν ἀπέκτεινεν, ὡς ἔνιοι τῶν κωλικῶν. ὅπως ἂν γὰρ ἀλγῶσιν, ἀπολείπονται τῶν τὸ κῶλον ἀλγούντων ἢ οὖς ἢ ὀφθαλμὸν ἢ ὀδόντα. παρηγοροῦνται δὲ διὰ καταντλημάτων καὶ καταπλασμάτων.

[Περὶ τῶν ὑπ᾽ Ἀρχιγένους γεγραμμένων βοηθημάτων πρὸς κεφαλαλγίαν.] Καταλιπόντες οὖν ἤδη τὸν Ἀπολλώνιον ἐπὶ τὸν Ἀρχιγένη μεταβῶμεν, ἐν τῷ προτέρῳ τῶν ἐπιγραφομένων αὐτῷ περὶ τῶν κατὰ γένος φαρμάκων, ὧδέ πως γράψαντα. Ἀρχιγένους πρὸς τὰς γινομένας κεφαλαλγίας χωρὶς (177) πυρετοῦ. κοινῶς ἐν ἀρχῇ ποιεῖ ὑδροποσία, ὀλι-

loris vehementia homo de vita periclitatur, quamquam et tunc folidae partes ex ejus ufu offendantur, adeo ut poft haec correctione opus habeant. Sic et ex opio collyria detrimento fuerunt, adeo ut debilem oculum reddiderint et vifus hebetudinem induxerint, velut etiam auditus gravitatem inducunt, quaecunque ad vehementem aurium dolorem ex papaveris fucco compofita funt. At vero ob capitis dolorem vehementem nemo unquam animi deliquio comprehenfus mortuus eft, neque fe ipfum occidit, quemadmodum quidam coli dolore vexati fecerunt. Utcunque enim doleant, longe minor ipforum dolor eft quam eorum qui coli aut auris aut oculi aut dentis dolore vexantur. Mitigantur illi ipfi perfufionibus et cataplasmatum impofitione.

[*Quae Archigenes ad capitis dolorem remedia confcripferit.*] Relicto igitur jam Apollonio ad Archigenem tranfeamus, qui in priore libro de medicamentis fecundum genus ei infcripto, hoc modo fcripfit: *Archigenis ad capitis dolores citra febrem obortos.* Communiter in principio

γοσιτία, κοιλίας ἔκλυσις. ταῦτα προειπὼν ἐφεξῆς γράφει φάρμακα πολυειδῆ. βέλτιον οὖν μοι δοκεῖ κατὰ μόνας ἑκάστην τῶν ῥήσεων αὐτοῦ προχειριζομένῳ σκοπῆσαι, καὶ πρῶτόν γε τὴν ἀρχὴν ἐπαινέσαι, σαφῶς εἰπόντος αὐτοῦ τὸν ἀπὸ τοῦ πυρέττειν διορισμόν. ἐγένετο μὲν οὖν καὶ ὁ Ἀρχιγένης οὐ τῶν τυχόντων ἰατρῶν, ὥσπερ γε καὶ Μαντίας καὶ Ἡρακλείδης ὁ ἐμπειρικὸς, ἀλλὰ τῇ περὶ τὴν τέχνην Ἀρχιγένους ἐπιμελείᾳ πρόσκειται καὶ τὸ μετ᾽ ἐκείνου γεγονέναι. μέγιστον δὲ τουτό ἐστι τοῖς ἐκμαθεῖν ἀληθῶς βουλομένοις ἡντιναοῦν τέχνην λογικὴν, ὅταν γε καὶ πεφυκότες ὦσιν ἀγχίνοοί τε καὶ γεγυμνασμένοι κατὰ τὴν τῶν παίδων ἡλικίαν ἐν τοῖς πρώτοις μαθήμασιν. οἱ πολλοὶ δὲ τῶν τὰς τοιαύτας τέχνας μεταχειριζομένων οὐ γενέσθαι σοφοὶ κατ᾽ αὐτὰς, ἀλλὰ τοῖς πολλοῖς φαίνεσθαι τοιοῦτοι σπουδάζουσιν. ἀλλ᾽ ὅ γε Ἀρχιγένης εἴπερ τις καὶ ἄλλος ἐκμαθεῖν οὕτω τὰ κατὰ τὴν ἰατρικὴν θεωρίαν σπουδάσας εἰκότως ἀξιόλογα συγγράμματα πάμπολλα κατέλιπεν, οὐ μὴν ἐν ἅπασί γε οἷς εἶπεν ἀμεμ-

auxiliatur eis aquae potus, parcitas cibi, folutio alvi. Haec praefatus deinceps medicamenta multiformia confcribit. Praeftabilius igitur mihi videtur fingillatim unamquamque ipfius dictionem in manus fumptam confiderare, et primum fane principium ejus collaudare, in quo manifefte difcrimen ab eo, quod quis non febriat, inductum diftinxit. Fuit itaque Archigenes non quidem vulgaris medicus, velut et Mantias et Heraclides empiricus, verum ad diligentiam, quam circa artem fecit, etiam hoc Archigeni acceffit, quod pofterior natu illis ipfis fuit. Caeterum maximum hoc cenferi debet iis, qui artem quamcunque tandem rationalem edifcere rite volunt, quum natura apti ad eam fuerint ingeniofique et a pueris in primis difciplinis eruditi. Plerique autem ex iis qui ejusmodi artes tractant, non ut ipfi fapientes in iis evadant, fed ut vulgo tales videantur ftudio habent. At vero Archigenes, ut fi quis alius, quae ad medicam fpeculationem attinent, diligenter re vera edifcere ftuduit, atque ob id merito fcripta quam plurima memorabilia reliquit. Non tamen in omnibus fane quae tradidit

πτος εἶναί μοι φαίνεται, ἀλλ' ὥσπερ αὐτὸς ὑφ' ὧν ἀνδρῶν ὠφεληθεὶς ἄριστος ἐγένετο, τούτων ἐλέγχει πολλὰ, οὕτω καὶ αὐτὸν εἰκός ἐστιν ἁμαρτάνοντα πρὸς ἡμῶν τῶν μετ' αὐτὸν γεγονότων ἐξελέγχεσθαι. χαλεπὸν γὰρ ἄνθρωπον ὄντα μὴ διαμαρτάνειν ἐν πολλοῖς, τὰ μὲν ὅλως ἀγνοήσαντα, τὰ δὲ κακῶς κρίναντα, τὰ δὲ ἀμελέστερον γράψαντα, καθάπερ καὶ νῦν μοι δοκεῖ σφαλῆναι τῷ τῶν ἀπυρέτων ἀπὸ τῶν πυρεττόντων διορισμῷ μὴ προσθεὶς τοὺς τῶν ἀπυρέτων ἅπαντας διορισμούς.

[370] [Περὶ τῶν ἀπὸ στομάχου κεφαλαλγούντων.] Εὐθέως οὖν ὁ πρῶτος ἐν αὐτοῖς ἐστιν τῆς ἀπὸ στομάχου κεφαλαλγίας. ἔνιοι γὰρ εἰ καὶ βραχύς τίς ἐστιν ἐν τῇ κοιλίᾳ καὶ μάλιστα κατὰ τὸ στόμα χυμὸς αὐτοῖς ἀθροισθείη δριμὺς, αὐτίκα κεφαλαλγοῦσιν καὶ διὰ τοῦτο βλάπτονται μέχρι πλείονος ἀσιτοῦντες. αὐξάνεται γὰρ αὐτοῖς ἐπὶ ταῖς ἀσιτίαις ἡ τῶν τοιούτων χυμῶν μοχθηρία. χρὴ τοίνυν τοὺς οὕτως ἐνοχλουμένους ἰᾶσθαι μηδὲν μὲν τῇ κεφαλῇ προσφέροντας,

irreprehenfibilis mihi videtur, verum veluti ipfe pleraque eorum virorum, a quibus adiutus optimus evafit, reprehendit, fic par eft ipfum delinquentem a nobis pofteris examinari. Difficile enim eft ut qui homo fit non in multis peccet, quaedam videlicet penitus ignorando, quaedam vero male judicando et quaedam tandem negligentius fcriptis tradendo. Quemadmodum fane et nunc mihi in diftinguendo non febrientes a febricitantibus peccaffe videtur, quum non omnes eorum qui non febriunt diftinctiones et difcrimina appofuerit.

[*De iis qui ex ftomacho caput dolent.*] Statim igitur primum in his difcrimen eft doloris capitis ex ftomacho producti. Quidam enim etiam fi pauxillus quispiam humor acris in ventre et praefertim circa os ejus congregetur, ftatim caput dolent, atque ob id, fi diutius famem tolerent, offenduntur, augetur enim ipfis inediam ferentibus ejusmodi humorum malitia. Eos igitur qui hoc modo affliguntur fanare oportet, ita ut nihil remediorum capiti adhi-

εἴ γε οὐδὲ πέπονθεν οὐδὲν ἴδιον πάθος, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἀνόδου τῶν ἐν τῇ γαστρὶ χυμῶν ἀτμοὺς ἐγειρόντων μοχθηροὺς λυπεῖται, καθάπερ ἄλλοι τοῖς τῶν ὑποχεομένων συπτώμασι περιπίπτουσιν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις χυμοῖς. τίς οὖν ἡ θεραπεία; κενῶσαι τῆς γαστρὸς ὅτι τάχιστα τοὺς λυποῦντας χυμούς. ἐκκενοῦνται δὲ εὐεμέσι ῥᾳδίως ὕδωρ πίνουσι, τοῖς δυσεμέσι δυσχερέστερον. ὡς ἐνιοί γε, κἂν διὰ τῆς τῶν δακτύλων ἢ πτερῶν καθέσεως εἰς ἔμετον παροξύνωσι τὴν γαστέρα, πλέον αὐτοῖς οὐδὲν γίνεται. τοὺς τοιούτους οὖν ὅτι τάχιστα πειρᾶσθαι τροφὴν εὔχυμόν τε καὶ εὐστόμαχον προσφέρεσθαι, εἰ μὲν ἐγχωροίη, λουσαμένους, εἰ δὲ μὴ, πρὸ τοῦ λουτροῦ τοσοῦτον προσαραμένους τροφῆς ὡς μὴ βλαβῆναι λουομένους. δειπνήσαντες δὲ ὀλίγου πιεῖν ἀψινθίου κατὰ τὴν ὑστεραίαν, οὕτω τε πειρᾶσθαι διαιτᾶσθαι τὸ λοιπὸν, ὡς ἄγαν αὐτοὺς εὐπεπτήσαντας ἄρτου προσφέρεσθαι βραχὺ κατὰ τρίτην ὥραν ἢ τετάρτην ἢ βραχὺ πρωϊαίτερον ἢ ὀψιαίτερον, ὡς διάστημα σχεῖν ἱκανὸν ἐπὶ τὴν εἰθισμένην ὥραν τοῦ λου-

beamus, quandoquidem neque proprius eft hic capiti affectus, fed ab humorum in ventre malignos vapores excitantium in ipfo afcenfu affligitur, quemadmodum alii in fuffuforum fymptomata ob hujusmodi humores incidunt. Quae igitur horum erit cura? ut videlicet affligentes in ventre humores quam celerrime evacuemus. Evacuantur autem ad vomitum proclives facile ab aquae potu, aegre vomentibus vero difficilius, adeo ut etiam digitorum five pinnularum immiffione venter ad vomitum irritatus quibusdam nihil amplius effuderit. His igitur conabimur quamprimum cibum boni fucci ac ftomacho commodum exhibere, fi res ita ferat, a balneo, fi non, ante balneum tantum cibi offeremus, ut ne laedantur inde poftea lavantes. A coena autem modicum abfinthium in potu dabimus, atque ita et poftridie faciemus, eoque modo in pofterum diaetam ipfis conftituemus, donec valde bene concoquentes ipfos videamus, atque tum fane panis pauxillum eis praebebimus circa tertiam aut quartam horam aut paulo prius, vel etiam ferius, ut fatis amplum fpatium ad confuetam balnei horam

τρου. ὅσοι δὲ οὐ δύνανται τὸν ἄρτον ἐσθίειν χωρὶς ὄψου, τούτοις ἢ ἐλαιῶν ἢ φοινίκων ἢ σταφυλῆς ἤ τινος τοιούτου διδόναι, τῇ πείρᾳ τὸ βέλτιστον αὐτῶν εὑρίσκοντας. ἄλλο γὰρ ἄλλῳ βέλτιόν ἐστιν, κατὰ τὴν ἰδιότητα τῆς φύσεως. εἰς δὲ τὴν τῶν μοχθηρῶν χυμῶν ἐν τῇ γαστρὶ πλεονεξίαν ἥ τε τῆς πεττικῆς δυνάμεως ἀσθένεια καὶ ἡ τοῦ στόματος τῆς κοιλίας ἀτονία τὰ μέγιστα συντελεῖ, καθάπερ γε καὶ ἡ εὐαισθησία καὶ πρὸς τούτοις ἡ κεφαλὴ δέχεσθαι τοὺς ἀτμοὺς τῶν τοιούτων χυμῶν ἐπιτηδείως ἔχουσα, καθάπερ ἐνίοις οἱ ὀφθαλμοί. ἐγὼ μὲν οὖν πολλάκις ἐπὶ πολλῶν ἐπειράθην ἧς διῆλθον ἀγωγῆς, ὀνησάσης τὴν ἀπὸ τῆς κοιλίας γενομένην κεφαλαλγίαν. ὁ δὲ Ἀρχιγένης, ἁπλῶς γράψας ἁπάσης κεφαλαλγίας τῆς ἄνευ πυρετοῦ βοήθημα τὴν ὀλιγοσιτίαν, εὔδηλός ἐστιν οὐδὲν εἰδὼς περὶ τῆς ἐπὶ χολώδει χυμῷ γενομένης. ἔτι δὲ μᾶλλον ἄν τις τούτῳ πεισθείη, τὴν τελευταίαν αὐτοῦ λέξιν ἀναγνοὺς, ἔχουσαν οὕτω· Ἀρχιγένης. ἐπὶ δὲ τῶν ἀπὸ στομάχου κεφαλαλγούντων πνευματικῶς τε καὶ διατεινο-

interfit. Quicunque vero panem citra obfonium edere non poffunt, iis olivas aut palmulas aut uvas aut tale quiddam addemus, per experientiam cognofcendo quid ex eis praeftet, quum aliud alio melius fit juxta naturae proprietatem. Caeterum ad vitioforum in ventre humorum redundantiam tum facultatis concoctricis debilitas tum oris ventris infirmitas plurimum conferunt. Quemadmodum etiam fenfus exquifitus et ad haec caput ad ejusmodi humorum vapores fufcipiendos aptum, quemadmodum et in quibusdam oculi. Ego quidem igitur faepe et in multis expertus fum hanc quam narravi curandi viam, ad capitis ex ftomacho dolorem commodam. Archigenes vero quum fimpliciter ad omnem capitis dolorem citra febrem cibi parcitatem auxiliarem fcribat, palam facit fe nihil de eo, qui ex biliofo humore oboritur fcire. Quod fane etiam amplius quis crediderit, qui poftremam ejus dictionem legerit, quae hoc modo habet. *Archigenes.* In his vero, qui ex ftomacho caput dolent flatuofeque diftenduntur, acetum in quo papave-

μένων, ὄξει κωδείας ἀναφεψημένας ἔχοντι κατάντλει ἢ τοὺς σπόγγους βρέχων ἐπιτίθει, εἶτα κατάπλασσε τὸ μέτωπον ἀλφίτῳ μετὰ ἡδυόσμου καὶ ὄξους ἢ γλήχωνα μετὰ τῶν αὐτῶν ἢ στρύχνου χυλῷ μετὰ ῥοδίνου χρῖε. στόμαχον μὲν γὰρ ὀνομάζει, δηλονότι τῆς κοιλίας τὸ στόμα εἰθικότων οὕτω τῶν ἰατρῶν καλεῖν τὸ μόριον τοῦτο, οἵ γε καὶ στομαχικὰς συγκοπὰς ὀνομάζουσι καὶ στομαχικούς τινας εἶναί φασιν ἀπό τινος τῶν ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ γιγνομένων πάθους οὕτως ὀνομάζοντες, ὡς ἡπατικοὺς τοὺς ἀφ' ἥπατος καὶ κωλικοὺς τοὺς ἀπὸ κώλου καὶ νεφριτικοὺς τοὺς ἀπὸ νεφρῶν καὶ σπληνικοὺς τοὺς ἀπὸ σπληνὸς πάσχοντας. ἓν δὲ ἀπὸ τοῦ στομάχου τούτου πάθος ὀδυνηρὸν ἔγραψε, καταλαμβάνον τὴν κεφαλὴν τῶν, ὡς αὐτὸς ὠνόμασεν, πνευματικῶς διατεινομένων, ὅπερ ἐξ οἴνου πόσεως πολλῆς οἶδα μᾶλλον γινόμενον. [371] οἱ δὲ διὰ χυμοὺς ἀλγοῦντες τὴν κεφαλὴν δακνώδους ἀλγήματος οὐ διατείνοντος αἰσθάνονται. ἔνδεια μὲν οὖν τροφῆς χρήσιμος ἐπὶ τῶν διατάσεων, οὐ μὴν τοῖς γε δακνώδεις χυμοὺς ἔχουσιν ἐν τῷ στόματι τῆς κοιλίας. ὅταν μὲν οὖν ὁ δακνώδης χυμὸς οὕτως ᾖ πικρὸς, ὠχρά τε καὶ ξανθὴ κα-

ris capita incocta fint affundito, aut fpongias eo imbutas imponito, deinde polentam cum mentha et aceto fronti pro cataplafmate imponito. Aut pulegium cum iisdem. Aut folani fuccum cum rofaceo illinito. Stomachum quidem os ventris appellat, quum et medici hanc partem ita appellare fint affueti, qui etiam ftomachica animi deliquia appellant, et quosdam ftomachicos effe dicunt, a quopiam videlicet in eo loco oborto affectu ita appellantes, velut etiam hepaticos ab hepate et colicos a colo et nephriticos a renibus et fplenicos a fplene affectos. Unam autem ex ftomacho affectionem dolorofam fcripfit, quae caput occupet, eorum quos ipfe flatuofe diftentos vocavit, quam ex vini largi potu magis oboriri fcio. Qui enim propter humores acres caput dolent, mordacem dolorem non diftendentem percipiunt. Fames igitur in diftenfionibus commoda eft, at non iis qui mordaces humores in ore ventris habent. Quum itaque hic mordax humor fuerit amarus, pallida et flava

λεῖται χολὴ, φύσιν ἔχουσα διὰ κουφότητα πρὸς τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ἀναφέρεσθαι. ὅταν δὲ φλεγματώδης ἢ ὀξὺς ἢ ἁλμυρὸς ᾖ, ἐν τῷ κύτει μᾶλλον ὅλης τῆς γαστρὸς ἤπερ ἐν τῷ στόματι στηρίζεται. κάλλιστον δὲ ὡς ἐν τοιούτοις ἐστὶν ἐν τῷ πυθμένι τῆς κοιλίας αὐτὸν περιέχεσθαι. ῥᾳδίως γὰρ εἰς τὸ ἔντερον ἀφικνεῖται καταλιπὼν τὴν γαστέρα. χειρίστη δὲ γίνεται διάθεσις ἐπὶ μοχθηροῖς χυμοῖς ἀναποθεῖσι δυσεκνίπτως εἰς τοὺς χιτῶνας τῆς γαστρὸς, ὧν ἄριστον βοήθημα τὸ δι᾽ ἀλόης ἐστὶ φάρμακον, ὃ καλοῦσιν ἔνιοι μὲν πικρὰν, ἔνιοι δὲ αὐτὸ τὴν διὰ τῆς ἀλόης ἱεράν. καὶ βάλλουσιν ἑκατὸν μὲν τῆς ἀλόης δραχμὰς, ἓξ δὲ τῶν ἄλλων ἑκάστου, ὄντων καὶ αὐτῶν τῷ ἀριθμῷ ἓξ, κινναμώμου, ναρδοστάχυος, ξυλοβαλσάμου, μαστίχης Χίας, ἀσάρου, κρόκου. κάλλιον δὲ γίνεται τὸ φάρμακον, ἀλόης ἔλαττον λαβών. ἔδοξε γάρ μοι πολὺ τὸ πλῆθος αὐτῆς ἑκατὸν εἶναι δραχμὰς πρὸς τὴν τῶν ἄλλων ἀναλογίαν παραβαλλόμενον, καὶ διὰ τοῦτο καὶ δι᾽ ἐνενήκοντα δραχμῶν αὐτὸ συνέθηκα, καὶ δι᾽ ὀγδοήκοντα, καὶ

bilis appellatur, quae ob naturalem levitatem ad ventris os furfum fertur, quum vero pituitofus aut acidus aut falfus fuerit, magis in totius ventris fpatio continetur, quam quod in ore ipfius firmetur. Optimum autem fuerit, quantum fane nunc in his dicere licet, in fundo ventris ipfum contineri, facile enim relicto ventre in inteftinum delabitur, peffima autem fit affectio, ubi vitiofi humores in ventris tunicas ineluibiliter fuerint imbibiti, quorum optimum remedium, eft ex aloë medicamentum, quod aliqui picram, id eft amarum, aliqui hieram, id eft facrum, ex aloë appellant, inque ejus compofitionem aloës drachmas centum conjiciunt et fex uniuscujusque reliquorum, quae etiam fex numero exiftunt, cinnamomum, fpica nardi, xylobalfamum, maftiche Chia, afarum, crocus. Praeftantius autem fit medicamentum, ubi minus de aloë additur. Vifa namque mihi eft, nimia ejus copia centum drachmae effe, ad proportionem reliquorum, quibus hae adduntur, quapropter etiam per xc drachmas ipfum compofui et per lxxx. Quin et

μέντοι καὶ δι' ἐλάττονος ἐνίοτε τοῦ κρόκου, διὰ τό τινας τῶν προσφερομένων αὐτὸ πλήττεσθαι τὴν κεφαλὴν, ὅπερ καὶ διὰ τῆς ὀσμῆς μόνης τοῦ κρόκου πάσχομεν πολλάκις, ὥστε ἀρίστην αὐτοῦ σύνθεσιν κρίνας τὴν διὰ τῶν ἐνενήκοντα δραχμῶν τῆς ἀλόης καὶ τοῦ κρόκου πέντε ταύτῃ χρῶμαι. τοῖς δὲ μηδὲν τὴν ὀσμὴν ἀλύπως τοῦ κρόκου φέρουσιν, ἀλλ' εὐθέως πληρουμένοις τὴν κεφαλὴν, συντίθημι τὸ φάρμακον, τέτταρας ἐμ(178)βαλὼν τοῦ κρόκου δραχμάς. συνεχῶς δὲ ἀναγκάζομεν σκευάζειν αὐτὸ, διὰ τὸ μὴ μόνοις οἷς διῆλθον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πάσχουσι τὰ τῶν ὑποχεομένων φαντάσματα ἢ συμπτώματα διὰ πάθος στομάχου διδόναι. καὶ πρὸς τούτοις γε τοῖς ἐπεχομένοις τὴν γαστέρα καὶ γυναιξὶ μὴ καθαιρομέναις καλῶς ἐφ' ὧν ἐνεργεῖ κάλλιον, ὅταν ὀγδοήκοντα μὲν ἀλόης δραχμὰς, ἓξ δὲ τοῦ κρόκου λάβῃ. καὶ κάλλιον δέ ἐστι τοῦ καρπησίου λαβεῖν ἀντὶ τοῦ ἀσάρου, συνέθηκα δὲ αὐτό ποτε καὶ ἀμφοῖν ἐμβαλών. ἔστι δὲ ἡ μὲν τελεία δόσις τοῦ φαρμάκου δραχμὴν μίαν, μεθ' ὕδατος κυάθων οὐ πλέονος τριῶν, ἡ δὲ ἐλλιπεστάτη κατὰ τὸ ἥμισυ.

per pauciorem aliquando crocum, propterea quod quidam ex ejus ufu capite laedantur, quod ipfum faepe ex folo croci odore perpetimur. Quare optimam ejus effe compofitionem judicans, quae ex aloës drachmis xc et croci drachmis v conftat, hac ego utor. His vero qui neque croci odorem citra moleftiam ferunt, fed ftatim capite replentur, ex quatuor croci drachmis medicamentum compono. Cogor autem affidue hoc medicamentum praeparare, propterea quod non folum his de quibus jam dixi, fed et fuffuforum fpeciem patientibus, aut etiam alia fymptomata ex ftomachi affectione habentibus, id ipfum exhibeam et praeterea iis, qui alvo aftricta laborant, et mulieribus, quae non probe purgantur. In quibus majorem efficaciam habent, ubi aloës drachmae lxxx et croci vj fuerint commixtae. Praeftat autem et carpefium pro afaro conjicere, quamquam etiam utrisque conjectis aliquando compofuerim. Datur ad fummum ex medicamento hoc drachma una cum aquae calidae cyathis non pluribus quam tribus, minimum vero di-

μεταξὺ δὲ ἀμφοῖν αἱ ἄλλαι, καθ' ἡλικίαν καὶ μέγεθος σώματος καὶ ἔθος ὑπαλλαττομένης τῆς ποσότητος.

[Ἀρχιγένους τὰ ἐφεξῆς τῇ πρώτῃ ῥήσει γραφέντα, ἐν οἷς καὶ Γαληνοῦ διορισμός.] Περὶ μὲν οὖν τῶν ἀπὸ στομάχου κεφαλαλγούντων ἱκανὰ ταῦτα. καιρὸς δὲ μεταβαίνειν ἤδη πρὸς τὰς ὑπὸ τοῦ Ἀρχιγένους γεγραμμένας ῥήσεις ἐφεξῆς τῇ πρώτῃ. ποιήσομαι δὲ καθ' ἑκάστην αὐτῶν ὁμοίαν ἐξέτασιν ᾗ κατὰ τὴν πρώτην ἔπραξα, συνάψας αὐτῇ διὰ τῶν πραγμάτων ἀκολουθίαν καὶ τὴν ὑστάτην. ἀλλὰ νῦν γε ἀπὸ τῆς δευτέρας ἄρξομαι. ἐμβρέγματα δὲ ἐὰν μὲν ἀπὸ χειμῶνος ἢ ἀπὸ περιψύξεως πάσχωσιν, ἔλαιον χλιαρὸν καὶ διάχρισμα ῥινῶν, δαφνίδων ἐκπίεσμα ἢ δάφνινον ἔλαιον ἢ συριακὸν μύρον ἢ κίκινον ἢ στυράκινον ἢ γλεύκινον, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον θερμαντικόν. ἵνα δ' ἀπὸ τοῦ τελευταίου τὴν ἀρχὴν ποιήσωμαι, λέγειν αὐτὸν ἡγοῦμαι τήν τε καλουμένην αὐτόῤῥυτον ῥητίνην, [372] ἐν Λακεδαίμονι πλείστην γιγνομένην καὶ τὸ καπνέλαιον ἐν Κιλικίᾳ, τό τε ἀμαράκινον καὶ τὸ

midium ejus praebetur. Datur et intra hos modos quantitate juxta aetatem, corporis magnitudinem consuetudinemque permutata.

[*Quae Archigenes consequenter ad primam dictionem scripsit, in quibus est etiam Galeni censura.*] De iis quidem igitur qui caput ex stomacho dolent haec suffecerint. Transeundem itaque jam ad ea quae Archigenes post primam dictionem deinceps scripsit. Faciam autem juxta singula ipsorum consimilem expensionem, qualem circa primam feci, connectendo ad ipsa propter rerum consequentiam etiam ultimam ipsius dictionem. Sed nunc a secunda initium faciam. Irrigationes autem si quidem a frigore aut hieme patiantur, conveniunt oleum tepidum et illitio narium, succus e baccis lauri expressus, aut oleum laurinum aut unguentum Syriacum aut cicinum aut styracinum aut gleucinum aut tale aliquod aliud calefactorium. Ut igitur a postremo exordiar, opinor ipsum resinam, quae sua sponte emanat, dicere, quae plurima in Lacedaemone provenit, et capnelaeon Ciliciae, et amaracinum ac styracinum in

στυράκινον ἐν Κυζίκῳ, τό τε ἐν Πέργῃ σκευαζόμενον ἴρινον, ἀξιοῖ διαχρίειν τοῖς τοιούτοις μύροις τὰς ῥῖνας, ὡς διὰ τῆς ὀσμῆς αὐτῶν θερμαινομένης τῆς κεφαλῆς. καὶ γὰρ καὶ φαίνεται σαφῶς τοῦτο γινόμενον, ὡς καὶ τοὺς ἰδιώτας αὐτοῖς χρῆσθαι, καὶ μάλιστα τοῖς εὐπορίστοις. εὐπόριστα δέ ἐστιν ἄλλοις ἄλλα τὰ παρ᾿ ἑκάστοις πλεονάζοντα, καὶ παρ᾿ ἡμῖν γε κατὰ τὴν Ἀσίαν ἔθος ἐστὶ τοῖς ἀγροίκοις τῷ καλουμένῳ κεδρίνῳ χρῆσθαι, κἂν ἀπορῶσι δέ ποτε αὐτοῦ, πισσελαίῳ. καλοῦσι δὲ οὕτω τὸ συγκείμενον ἐξ ἐλαίου τε καὶ πίττης ὑγρᾶς. μιγνύουσι δὲ καὶ τούτῳ καὶ τῷ κεδρίνῳ τὸ ἔλαιον οἱ μὲν πλέον, οἱ δὲ ἔλαττον, εἰς ὅσον ἂν ἐκλῦσαι τὸ σφοδρὸν τῆς δυνάμεως αὐτῶν βουληθῶσιν. ἅπασι δ᾿ οἷς εἶπον εἰώθασι καὶ τὰ τῆς κεφαλῆς χρῆσθαι καὶ μάλιστα, ὡς εἴρηται, κατὰ τὸ βρέγμα. διαχρίουσι δὲ καὶ τὸ μέτωπον αὐτοῖς καὶ τῶν ὤτων τοὺς πόρους, ἔνιοι δὲ καὶ τὰ τῶν ποδῶν ἴχνη καὶ τὴν ἕδραν. ὅταν δὲ ὁ Ἀρχιγένης εἴπῃ δαφνίδων ἐκπίεσμα τὸ καλούμενον ἁπλῶς δάφνινον, ἡγητέον οὕτως ὀνομάζειν αὐτὸν, ὡς τό τε προσλαβὸν ἐλαίου δάφνινον ἔλαιον

Cyzico et quod in Perga apparatur irinum. His vero unguentis nares oblinere operae pretium ducit, quo per odorem ipforum caput calefiat, quod ipfum inde evenire manifefte apparet adeo, ut et idiotae vulgo his utantur et maxime eis, quae facile parari poffunt. Parabilia autem funt aliis alia, quae videlicet apud fingulos redundant. Et apud nos fane in Afia agreftibus et ruri degentibus hominibus cedrino appellato uti mos eft, et fi quando ejus inopia fit, piffelaeo, quo nomine id appellant quod ex oleo et liquida pice conflat. Admifcent autem tum huic tum cedrino oleum aliqui plus, aliqui minus, in quantum virium ipforum vehementiam exolvere velint. Utuntur autem omnibus quae dixi et circa caput et praefertim circa finciput, veluti dixi. Illinunt et frontem ex eis et aurium meatus, quidam etiam veftigia pedum ac fedem. Caeterum quum Archigenes fuccum e baccis lauri expreffum dicit, quod fimpliciter laurinum dicitur, ipfum nominare putandum eft, velut id quod oleum admixtum habet, laurinum oleum appellatur.

ὀνομάζεται. Συριακὸν δὲ μύρον ἡγοῦμαι λέγειν αὐτὸν τὸν Κομμαγηνὸν, ἐπειδὴ κομίζουσιν ἐκ Συρίας ἡμῖν αὐτό. Ἀρχιγένους. θέρους δὲ ἢ καυσωδῶς διατεινομένων δι᾽ ὄξους καὶ ἐλαίου ἢ ὕδατος καὶ ῥοδίνου, ἔτι δὲ χυλοῦ πολυγόνου ἢ ἀνδράχνης ἢ στρύχνου, ἤ τινος τῶν ψυχόντων, σπόγγους τε ἐξ ὀξυκράτου τίθει τῇ κεφαλῇ. ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ δόξει μὲν ἴσως τισὶν ἀμελέστερον ἀναγινώσκουσιν μίαν ἁπλῆν θεραπεύειν διάθεσιν ὁ Ἀρχιγένης. ἔχει δὲ οὐχ οὕτως. ἐκ μὲν τοῦ φάναι καυσωδῶς τὴν θερμὴν ἐνδείκνυται διάθεσιν, ἐκ δὲ τοῦ διατεινομένων τὴν ὑπὸ πνεύματος φυσώδους τοῦτο πάσχουσαν, ὡς μὴ μόνον ἠλλοιῶσθαι κατὰ τὴν δυσκρασίαν, ἀλλὰ πλεονεξίαν ὑπάρχειν ἀτμώδους πνεύματος. ἐν ἀρχῇ μὲν οὖν ἐπὶ τῶν τοιούτων διαθέσεων ἀμφοτέρων ἡ τῶν ψυχόντων βοηθημάτων δύναμίς ἐστιν ἐπιτήδειος, ἐμψύχουσα μὲν τὴν κατὰ θερμότητα δυσκρασίαν, ἀνακρουομένη δὲ καὶ ἀναστέλλουσα τὴν ἀναφορὰν τοῦ φυσώδους πνεύματος. ἄμεινον δ᾽ ἂν εἴη κατὰ τὴν ἐμὴν δόξαν ἀκριβέστερον ἐκζητῆσαι πότε

Syriacum vero unguentum eum dicere Comagenum exiſtimo, quandoquidem id ipſum nobis ex Syria aſportatur. *Archigenes.* Aeſtate vero aut ubi alias aeſtuoſe diſtenduntur per acetum et oleum aut aquam et roſaceum. Amplius vero et per polygoni ſuccum aut portulacae aut ſolani aut aliquo alio ex refrigerantibus irrigato, ſpongiasque poſca imbutas capiti imponito. In hoc ſane ſermone videbitur forte quibusdam negligentius legentibus, unum ſimplicem affectum Archigenes curare, verum non ita habet. Ex eo enim quod *aeſtuoſe* dicit, calidum affectum indicat, ex eo vero quod addit *diſtenduntur*, affectionem quae hoc modo a flatu ventoſo affligitur oſtendit, ut non ſolum ſecundum intemperiem mutata ſit, ſed etiam vaporoſi flatus redundantia adſit. In principio itaque in ejusmodi utrisque affectibus, refrigerantium auxiliorum facultas apta eſt, quae intemperiem calidam refrigeret et flatulenti ſpiritus proventum repellat et retundat. Atque mea quidem opinione praeſtiterit diligentiorem rei inquiſitionem facere. Aliquando

μὲν ἐκ τοῦ σώματος ἀναφέρεται τὸ φυσῶδες πνεῦμα, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἀπὸ τοῦ στομάχου κεφαλαλγικῶν ἐλέχθη, πότε δὲ ἐν τῇ κεφαλῇ γεννᾶται· καὶ γὰρ ἡ γαστὴρ ἐκφυσᾶται ἐνίοτε δυσλύτως. ἐνίοτε δὲ καὶ τῶν μετ᾽ αὐτὴν ἐντέρων ποτὲ μὲν ἡ νῆστις ἢ τὸ λεπτὸν ἔντερον, ἔστι δ᾽ ὅτε τὸ κῶλον. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν οὐδὲ ἀδύνατόν ἐστι τὴν αὐτὴν διάθεσιν ἔν τισι τῶν κατὰ τὴν κεφαλὴν μορίων γινομένην τὸ φυσῶδες πνεῦμα γεννᾷν, οὗ τῆς γενέσεως ἐν τοῖς κατὰ τὴν γαστέρα τόποις τὴν αἰτίαν εὕρομεν, ἔνδειαν θερμασίας τοσαύτης ὡς γεννᾷν ἐκ τῶν σιτίων τε καὶ ποτῶν ἀτμῶδές τε καὶ φυσῶδες πνεῦμα. δι᾽ ἀῤῥωστίαν δὲ τῆς περισταλτικῆς δυνάμεως ἐκφυσᾶσθαί τε καὶ πληροῦσθαι τὴν ἐντὸς εὐρυχωρίαν τῶν οὕτω παθόντων μορίων, ὥστε διατείνεσθαι μὲν διὰ τὴν πλήρωσιν, ὀδυνᾶσθαι δὲ διὰ τὴν τάσιν. εὑρέθη γὰρ οὖν καὶ τοῦθ᾽ ἡμῖν, ἐν οἷς περὶ τῶν ἀλγημάτων τὰς κοινὰς καὶ γενικὰς ἐσκοποῦμεν, ὡς ἐν τῷ διαλύεσθαι τὸ συνεχὲς τῶν ὁμοιομερῶν σωμάτων ἡ ὀδύνη γίνοιτο. διαλύει δ᾽ αὐτὴν τὰ διαβιβρώσκοντα καὶ τὰ τέμνοντα καὶ τὰ διατείνοντα καὶ τὰ

etenim ex corpore flatulentus fpiritus affertur, quemadmodum in doloribus capitis ex ftomacho relatum eft, aliquando vero in ipfo capite generatur. Venter namque interdum aegre folubili modo inflatur, interdum vero etiam poft ipfum fita inteftina, quandoque quidem jejunum aut tenue inteftinum, quandoque etiam colum. Nihil igitur mirum eft neque impoffibile eundem affectum in quibusdam juxta caput partibus obortum flatulentum fpiritum generare, cujus generationis in locis circa ventrem caufam invenimus, tanti caloris inopiam, ut ex cibis ac potibus vaporofum et flatulentum fpiritum generet, propter infirmitatem vero comprehenfivae facultatis interna ita affectarum partium capacitas infletur et expleatur, ut propter expletionem quidem diftendatur, propter tenfionem vero dolore afficiatur. Inventum equidem et hoc nobis in commentariis eft, in quibus communes et generales dolorum caufas confiderabamus, quod ob diffolutionem continuitatis fimilarium partium dolor oboriatur. Diffolvunt autem ipfam erodentia, incidentia,

